

ab utrisque¹. Duravit itaque prelium per tres dies et noctes. *f. 52^c. Videns vero Papirius suos in prelio deficere et Romanis resistere non posse, volens illud prelium dividere, in quodam monte cum omni gente sua² se colligit³. Romani eos persecuti fuerunt et res⁴ eorum, quas in castris habebant, eis⁵ expoliaverunt, aurum et argentum et vestes preciosas et pecuniam, que de Roma tulerant civitate, occupaverunt⁶. Septem milia de gente Gallorum sunt interempti⁷ et mille sunt capti, de Romanis quoque tria milia sunt interempti⁸. Galli quidem ad castra redientes Romanos, qui pro tentoriis⁹ tollendis¹⁰ venerant, de ipsis castris turpiter expulerunt¹¹ et tentoria⁹ recuperaverunt. Dum autem per sex dies sic stetissent¹², Papirius cum omni gente sua retro iter agrediens¹³ ad patriam suam redire curavit¹⁴. Verum quia Romani labore¹⁵ magno ex itinere erant¹⁶ fatigati et cibariis carebant, eos persequi non potuerunt, sed ad propria redierunt. Veniens Papirius per Tusciam intravit in Italiam, deinde intravit¹⁷ in Emeliam; cum etiam venisset ad Placentie¹⁸ partes, ipsum transpadare¹⁹ non permiserunt. Qui cum²⁰ non posset habere transitum per Placentinam campaneam²¹, transiens ad partes scilicet Ticini pervenit²² et ibi cum gente sua transpadavit. Cum igitur ad Ticinensem civitatem appropinquasset, a civitatis ipsius²³ viris ingenti letitia²⁴ honorifice est receptus et in civitate ductus²⁵, permanendo²⁶ in ipsa civitate, sub eius dominio Ticinensem civitatem constituerunt; a quo Papirio civitas illa nuncupata est Papia usque in presentem diem²⁷.

Gesta Carli Francorum regis.

*Cum hec [agerentur²⁸], Carli Francorum regis legati ad *f. 52^d. Papiam civitatem accedentes ipsi Papirio ex parte ipsius regis preceperunt, ut sine dilatione collecta omni gente sua velociter in auxilium christianorum accedere festinaret. Statuerat enim ad Yspaniam subiugandam intrare et ipsam a manibus Saracenorum et sancte crucis inimicorum penitus deliberare. Quibus auditis et intellectis, omnibus dimissis et postpositis ad patriam suam redire concupivit. Desiderium, virum sapientem et potentem, de genere Francorum oriundum, urbis Papie regem fecit et constituit; postea vero cum universa genta sua ad

1) 'utroque' E. 2) 'sua gente' E. 3) 'collegit' E. 4) 'iter' E.
5) 'eos' E. 6) 'aurum — occup.' aus E., fehlt Hs. 7) 'cesa' E.
8) 'interrenti' E. 9) 'temptor.' E. 10) 'illorum' E. 11) 'expulserunt' E.
12) 'starent' E. 13) 'aggr.' E. 14) 'iuravit reddere' E.
15) 'ex lab.' E. 16) Fehlt E. 17) 'Ytal. deintravit in. Cum etiam' E.
18) 'p̄les' (plures) E. 19) 'ipse transpadare non posse perm.' E.
20) 'vero' E. 21) 'per p̄las campaneas' E. 22) 'pervenerunt' E. 23) 'ab ipsa civ.' E.
24) 'ductus et' setzt hier E. zu. 25) 'et in civ. ductus' fehlt E.
26) 'pmādo' Hs. 27) Bis hier der Zusatz in E. 28) Fehlt Hs.